

Gospel for the Sixteenth Sunday After Pentecost

Tonus antíquior

Dominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Lucam. R̄. Glóri-a tibi Dómine.

I-n illo témpore: Cum intráret Jesus in domum cujúsdam príncipis

pharisæ-órum sábbato manducáre panem, et ipsi observábant e-um. Et


ecce, homo quidam hydrópicus erat ante il-lum. Et respóndens Jesus

dixit ad legisperítos et pharisæ-os, dicens: Si licet sábbato curáre? At


illi tacu-é-runt. Ipse vero apprehénsus sanávit e-um, ac dimí-sit. Et

respóndens ad illos, dixit: Cujus vestrum ásinus, aut bos in púte-um


cadet, et non contínu-o éxtrahet illum di-e sábbati? Et non póterant ad




hæc respondére il-li. Dicébat autem et ad invi-tátos parábolam, inténdens




quómo-
modo primos accúbitus e-lígerent, dicens ad illos: Cum invi-tátus




fú-
eris ad núpti-as, non discúmbas in primo loco, ne forte honorá-ti-or




te sit invi-tátus ab illo, et véni-ens is, qui te, et illum vocávit, dicat tibi:




Da hu-ic locum: et tunc incípi-as cum rubóre novíssimum locum tené-re.




Sed cum vocátus fú-eris, vade, recúmbe in novíssimo loco: ut, cum véne-



rit qui te invi-távit, dicat tibi: Amíce, ascénde supéri-us. Tunc erit tibi



glóri-a coram simul discumbéntibus: qui-a omnis, qui se exáltat, humi-li-



ábitur: et qui se humí-li-at, exaltábitur.